



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Acta Pacis Westphalicæ Publica**

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

worinnen enthalten, was vom Jahr 1643. biß in den Monath October Anno 1645. zwischen Jhro Römisch-Käyserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

**Meiern, Johann Gottfried von**

**Hannover, 1734**

**VD18 90103084**

§.LXII. Lampadii gewechselte Schreiben die Befreyung des Churfürstens von Trier, und die Admissionen Statutum ad Congressum betreffend; Päbstliche Facti Species in der Chur-Trierschen ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51787](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51787)

1644.  
Dec.

dergleichen generalen Salvo Conductu nicht hätten zufrieden seyn wollen, sondern einen in specie vor selbigen Churfürsten verlangt, auch wirklich erhalten, worinnen aber diese formul stünde, daß nicht der Churfürst selbst, sondern seine Bevollmächtigten erscheinen sollten; da nun die Franzosen einmal den Salvum Conductum vor Chur-Trier, in solchen terminis admittiret hätten; so wäre nicht abzusehen, mit welchem Zug sie

jetzo eine Aenderung präetendiren könnten. Nach gepflogener Überlegung mit dem Bischoff von Sjnabrück, wurde beschlossen, die Sache an Ihre Kayserliche Majestät zu berichten, und anheim zu geben, ob nicht in der Reichs-Canzley, ein neuer Salvus-Conductus, jedoch nach dem ehehin verglichenen formular wolte expediret, und immediate dem Churfürsten zugeschicket werden.

1644.  
Dec.

Und an den  
Kayser berich-  
tet wird.

§. LXII.

Lampadii ge-  
wechselt  
Schreiben, die  
Befreyung  
des Churf. von  
Trier, und die  
admissionem  
Statuum ad  
Congressum  
betreffend.

Zu mehrerer Erläuterung dessen, was in vorhergehenden, so wol wegen der, von den Franzosen zum Voraus geforderten Loslassung des Churfürstens von Trier, als wegen der admission derer Reichs-Stände ad Congressum, ist angeführt worden; dienen sub N. I. nachstehende, von dem berühmten LAMPADIO, mit dem Hesses-Casselschen Gesandten Scheffer, gewechselte Schreiben, woraus dem Französ-

schen Ambassadeur Comte d'AVAUX gehöriger Vortrag geschehen, weil dieser sich gerne von Lampadio, als einem erfahrenen Publicisten, von den Deutschen Reichs-Sachen genau wolte informiren lassen: Deme zugleich N. II. eine species Facti angehänget wird, welche von Päpstlicher Seite, über die Chur-Trierische Liberationssache, distribuiret wurde.

Päpstl. Spe-  
cies Facti in  
der Chur-  
Trierischen Li-  
berationssache.

N. I.

N. I.  
Lampadii  
Schreiben

I. Es hat mich gestern der Königlische Schwedische Legations-Secretarius, Herr Mylonius, besucht, und unter andern communiciret, was die Königlische Französische Herren Legati unlängster Tagen anfangs fürgetragen und schriftlich überreicht; darunter ich dann wahrgenommen, daß des Herrn Churfürsten zu Trier Erledigung solcher gestalt begehret worden, daß ehe und bevor derselbe auf freyen Fuß gestellt, und das Churfürstliche Collegium ergänget worden, die angestellte Tractaten keinen wirklichen Anfang gewinnen könnten. Nun trägt mein geliebter Bruder in guter Gedächtniß, was gestalt auf nächst gehaltenem Reichs-Tage zu Regensburg, wir die Braunschweig-Lüneburgische und Hessische Abgesandten, höchstgemeltes Herrn Churfürsten Befreyung selbst urgiret, und also aussere Zweifel zu setzen, unsere gnädige Fürsten und Fürstin werden Ihre Churfürstlichen Gnaden Dero liberation nochmals ganz gerne gönnen. Ob aber dieselbe, als ein Præliminar-Punct, zu remorierung der Friedens-Tractaten, mit Zug und guter ration fürgeschüttet und urgiret werden könne und möge, daran möchte wol nicht unbillig gezeiffelt werden. Propterea instituta est de Pace actio, ut gravati liberentur & collocentur in tuto, quos usque dum Mavortius furor afflixit, hic scilicet est instituta Tractationis finis, hic scopus. Sed finis secundum Philosophos est quidem primus in intentione, sed ultimus in executione. Nec adeo naturæ congruere videtur, ut effectus causam antecedit. Inde colligere licet liberationem Electoris Treviri, Illustrissimos & Excellentissimos Dominos Legatos recte intendere, sed non antevertere debere. Quidsi quisquam Legatorum & cæterea diffidii capita, vel simul vel sigillatim expediri desideret, priusquam Tractatus exordium ceperint; nihil tum superesset, quod ageretur: nam acquisito fine, cessat ratio caussarum. Si vero omnino æquum est, liberari Trevirum Electorem, priusquam de Pace instituat actio; cur non idem de cæteris, sive captivis sive oppressis, existimabitur? Nulla etiam ratione niti viderur, infinitos cruciari debere, ut uni bene sit: peribunt videlicet quam plurimi, & innumeri miserrimis exemplis interea temporis affligentur, dum de Treviri liberatione, cum protractione Pacis, disceptabitur: & vix imo ne vix quidem Illustrissimi & Excel-

1644.  
Dec.

Excellentissimi Domini Legati, apud cordatissimos quosque suspicionem effugerint, ut non dedita opera videantur sub quovis titulo pacem impeditum ire, si liberationem Treviri inter Præliminaria sunt numeraturi. Sollte mein geliebter Bruder nicht undientlich erachten, bey den Herren Königlich Frantzösischen Legatis Erinnerung zu thun, daß sie von solchem Præliminar absehen, bey der Handlung aber, & quidem inter prima capita, die Erledigung des Churfürsten suchen möchten, würde solches unserm geliebten Vaterland zu Wohlfahrt, und zu Beförderung der Tractaten gereichen. Sollte bald dieser bald ein anderer Punct, so ad essentiam Tractatum nicht gehdret, die Tractaten remoriren, und zusehenderst erlediget werden, ehe die Handlungen angehen, so würde das angestellte Friedensnegotium eine seltsame faciem und wunderlichen Ausgang gewinnen ꝛc. Osnabrück den 28. Nov. 1644.

1644.  
Dec.

II. Sein angenehmes Schreiben vom 27. dieses ist mir heute Abends um 5. Uhr recht behändiget, vernehme darab ganz erfreulich, daß mein geliebter Herr Bruder glücklich hüberkommen, der Allerhöchste wolle ihn in Gesundheit erhalten, und wiederum anhero gnädiglich begleiten. Dem fürtrefflichen Herrn Legato, Herrn Comte d'AVAUX, wolle er nochmals meine ganz ergebene officia offeriren. Singularis aliquis bonus genius, seu potius omnis bonitatis Principium Deus, occultos amoris igniculos ergo eminentissimum illum virum, utut nunquam visum, mihi indidit, ut non possim illum non revereri, & suspicere. Was die Haupt-Frage belanget, so dependiret die essentia legum Imperii & quicquid Cæsarem & Imperii Status mutuo obstringere potest, nicht a convocatione five Cæsaris five Electoris Moguntini, sed a consensu & Cæsaris & Procerum: Cæsaris est, indicere Comitiam Universaliam; Moguntini, conscribere Deputatos, in expeditionibus quoque bellicis potest Moguntinus Imperii Circulos convocare: sed hæc five indictio five convocatio non est actio per se instituta, sed propter aliud, scilicet ut Proceres convocati de salute Reipublicæ consultare & statuere queant: quod mutuo consensu ex usu Reipublicæ fore videtur. Si igitur & Cæsar & Proceres vel literis vel internunciis consensum contulerint, confectum est negotium; sed quemadmodum nec literæ nec internuncii consensum, seu potius publicarum legum essentiam ingrediuntur, sed sunt tantum modi rei conficiendæ, ita nec indictio Cæsaris, nec convocatio Moguntini, publicarum legum seu Constitutionum Imperii constituunt essentiam. Si igitur Cæsar & Proceres Imperii quoquo modo congregati, de Imperii administratione & legibus consenserint, nata est obligatio servandi. Lipsiæ Anno 1631. conveniebant Proceres Evangelici ab Electore Saxone convocati, utut Saxoni nullum singulare jus convocandi comperat. Anno 1634. Francofurti ad Mœnum conveniebant Cancellarius Regni Sueciæ, OXENSTIERNIUS, & Evangelici Proceres a nemine convocati, sed mutuo consensu diem dicebant. Intereram ego illis Comitiam & hic & illic, neque antea convenerat de modo consultandi, sed ibidem congregati, non adeo difficili opere, consultationis modum invenimus: quod & non impossibili factu fore videbimus, si Imperii Proceres vel Monasterium vel Osnabrugam appulerint. Comitiam Universaliam indicit Cæsar, Deputatorum Conventus Elector Moguntinus, sed in his solis Conventibus non absolvitur legitimus conveniendi modus, sed & omnium Circulorum Directores, in unoquoque Imperii Circulo, Statuum convocandorum jus habent, & de bello consultandi, ubi unusquisque Statuum jus habet & Sessionis & Suffragii. Mirari igitur subit, inventos jam esse, qui soli Cæsari & Moguntino convocandorum Statuum potestatem tribuere, & Proceribus Sessionis & Suffragii jura intervertere moliantur, nisi a Cæsare vel Moguntino fuerint convocati. Non vero repetierim, ad hos ordinarios modos Procerum consensum nequaquam astringi, sed Cæsar & Ordines Imperii, de rebus Imperii constituere & transigere possunt, quoquo etiam modo five convenerint, five consenserint: solus videlicet Cæsaris & Proq.

1644  
Dec.

Procerum consensus publicas leges constituit, ac adeo substantiam Imperii Constitutionum seu publicarum conventionum ingreditur. Convocatio vero sive Cæsaris, sive Moguntini, sive Directorum Circuli, quos a potestate convocandorum Procerum, Germanico idiomate auschreibende Fürsten appellamus, sunt modi & circumstantiæ extrinsecæ, quo scilicet Proceres facilius & commodius uno loco & tempore convenire queant. Si forte non nemo objiceret, Conventus Procerum Evangelicorum Lipsiæ & Francofurti coactos, fuisse illegitimos: parata responsio est; eodem igitur jure cenferi Conventus Ligistarum seu Procerum Catholicorum, quos identidem Heidelbergæ & alibi locorum condixerunt. Wann derowegen die fürnehmsten Reichs-Stände aus jedem Crayß zu Münster oder allhier erscheinen, und quovis modo ihren consensus zu dem, was allhier und zu Münster gehandelt und geschlossen wird, ertheilen werden, tum rem factam habemus, und wird man der übrigen Stände, so etwa Unvermögens halber sich nicht einstellen können, Ratification ohnschwehr erhalten können. Es hat auch der Fränckische Crayß nomine totius Circuli, allbereit eine Abschiedung geschlossen, und daneben an den Schwäbischen, Ober-Sächsischen und Ober-Rheinischen Crayß geschrieben, daß dieselbe ebenermassen ihre Gesandten abfertigen wollen. Sollten nun all solche Stände Crayß-weiß allhier oder zu Münster erscheinen, so haben sie von allen Crayß-Ständen Vollmacht, und kan auch solchergestalt per modum Circularis Conventus & Legationis, aller Reichs-Stände consensus leichtlich erlanget werden. Der Mecklenburgische Abgesandter ist allbereit unterwegs, und wird es im Nieder-Sächsischen Crayß ganz keine difficultät haben. Herzog AUGUSTUS zu Braunschweig und Lüneburg, der Erg-Bischoff zu Magdeburg, die Städte Lübeck, Hamburg und Bremen werden erster Zeit abschicken. Summa, wenn die fürnehmsten Reichs-Stände zu Münster oder allhier vorhanden seyn werden, so wird sich leichtlich ein modus ergeben, wie sie ihre Nothdurfft beachten, und nach Befindung ihren consensus ertheilen könnten. Die Kayserliche Majestät kan auch leichtlich befördern, daß der angestellte Deputations-Tag zu Franckfurth, anhero oder nach Münster transferiret werde: so hat man auch einen modum consultationis, und könnten die übrigen Reichs-Stände mit den Deputatis deliberiren ic. Dßnabruck den 28. Nov. 1644.

1644.  
Dec.

III. Wie unlängster Tage sein Bote so gar sehr eilete, müste ich auch eilen, und schreiben quicquid festinanti calamo incidebat. Ich habe aber nicht unterlassen können, solche Sachen in weitere Betrachtung zu ziehen, und befunden, quod nulla omnino expeditior ratio exagitari posset, Procerum Imperii jura evertendi, quam si jura Statuum & potestas Suffragii Cæsaris & Moguntini convocationi alligarentur. Suffragii scilicet jure de summis Imperii capitibus Proceres exciderent, si Cæsar & Moguntinus Imperii Ordines conscribere nolent. Non attinet jam repetere, solum convocandi jus Cæsari & Moguntino non competere; sed etiam Circularum Imperii Directoribus. Imo jam pridem inde usque a CAROLI V. Cæsaris imperio receptum est, ut Saxone vel Palatino convocantibus, Evangelici Proceres congregati in commune consulerent statuerentque: idem sæpenumero fecerunt Catholici Proceres. Nequaquam enim propterea Imperii Statibus competit Jus Suffragii, quod a Cæsare vel Moguntino sint convocati: quia absque ipsorum consensu, de maximis quibusque rebus, quæque Imperii majestatem potissimam partem concernunt, statuere non licet. Philosophi distinguunt inter actum primum & secundum, quod Scholastici eodem significato dixerunt actum signatum & exercitum, coincidit distinctio inter actum essentialis & existentis. Actu primo, seu actu essentialis, unicuique Statuum Jus Suffragii competit, etiam si domi suæ desideat: sed actu secundo seu existentis hujus Suffragii potestatem non facile possunt exerere Ordines, nisi in unum locum sint congregati. Homo est risibilis, est rationalis, quamvis non semper rideat & ratiocinetur. Sic quoque Statibus Jus Suffragii competit, utut illud non exerceant, nisi quoquo modo convenerint. Expeditus autem

Et

con-

1644.  
Dec.

congregationis modus est, si Cæsar, si Moguntinus, si Circulorum Directores Status conscribunt die locoque dicto; in Comitiiis Universalibus Proceres curiatim tandem sententiam promunt; in Circulis circulatim. De consensu vero Statuum constare poterit, sive curiatim sive circulatim sententiam dicant. Magnum vero est artificium, Proceres non conscribere, si eorum jura evertere velis. Sed Electores ad unum omnes peræque, ut cæterorum Statuum quam plurimi, sæpissime improbarunt, quam plurima absque Statuum fieri assensu, quæ minime oporteat. Tandem cum omnia fusque deque haberentur, Saxo Elector Lipsiæ 1631. Evangelicis diem dixit; convenerunt magno numero: aderant duo Electores, Saxo & Brandenburgicus: aderant multi Principes, plures vero Legatos miserant: aderat & vester *Gunterotius*, nomine Palatini Principis, nisi fallor, Lauterrecii, is non procul a me confidens heroicam prorsus sententiam dicebat; verba erant: *Man müsse die Augen auf, und die Säuste zuthun.* Necessariam fere orationem dixisses: nihil enim supererat præsidii, nisi in armis. Preces frustra erant, frustra leges ingeminabantur. Electoris Brandenburgici Cancellarius, *Goezius*, proferebat: *Die Reichs-Abchiede wären abgeschieden:* communi denique consensu decretum est, cum nullæ hactenus profuerint preces, nec quicquam in publicis Imperii Constitutionibus sit auxilii, conscribenda esse quinquaginta tria militum millia. Ad modum igitur convocandi, Procerum jura non sunt alligata, & jam quidem temporis neque Monasterii neque Osnabrugæ, per modum Comitiorum, sive universalium sive particularium, res transigi poterit. In nonnullis Proceres Catholici & Evangelici consentiunt; discrepant in nonnullis: ubi dissensio est, non poterit quicquam rite constitui ad modum Comitiorum; sed hic mutua conventionione partium, hic transactione opus est, quod fieri poterit, si Ordines aut certe Ordinum præcipui hic aut Monasterii convenerint: ubi dissentiant Evangelici & Catholici, duarum tantum partium consensu res transigi potest: ubi vero inter Catholicos & Evangelicos convenit, Statuum jura facilius conservari poterunt, communi scilicet consensu propugnata. Non adeo difficile factu fuerit, propitio Deo, de controversiis internis transigere: si modo sententia est, æquam inire Pacem, & positis odiis, mutua nos charitate complecti. Ego omnino ita statuo: tanquam primum principium constituendum esse, Evangelicos & Catholicos, ut unius Republicæ cives decet, mutua charitate ita colligandos, ne alter alteri ullo pacto infidietur, sed se mutuis subsidiis omnes ex æquo sine Religionis discrimine sublevent amentque: quo vero quisque cultu Deum veneretur, eo nomine quisque Deo rationem reddat. Etiam si enim ego a Pontifice Romano nonnulla invecta esse existimem, quæ cum divinis scripturis minus conveniant, atque adeo Pontificios in nonnullis errare, nequaquam tamen eos odi vel condemno, nonnullos etiam eorum propter virtutem & eruditionem amo: quos inter præcipuus est Illustrissimus & Eximius ille Comitum, *Avautius*, quem si in nuperis Comitiiis Cardinales, præterito Pamphilio, Pontificem creassent, ego e vestigio factus fuisset Pontificius, tantopere hominem suspicio & veneror. Si quilibet error in intellectu condemnat, nemo hominum servabitur. Pro parte enim tantum scimus, ait magnus ille gentium Apostolus. Si igitur pro parte tantum scimus, quam multa reliquuntur incognita. Quidni ergo in quibusdam errare impune liceat, nisi sunt contra symbolum Apostolicum, quod quidem primitiva Ecclesia Apostolicis temporibus proxima, pro unica fidei regula habuit, eosque veros Christianos agnovit, qui hoc indubia fide admitterent crederentque, simulque viverent honeste & pie. Sine sanctimonia enim vitæ nemo videbit Dominum, ait Apostolus ad Hebr. XII. Sed quo excurro. Nos hic a rebus gerendis aliquandiu quievimus; unde otium has meas ad te parturiit nugas &c. Osnabr. d. 1. Dec. 1644.

1644.  
Dec.

1644.  
Dec.

IV. Sein sehr werthes Schreiben vom 3. dieses ist mir heut Vormittags um 9. Uhr wohl zukommen, vernehme darab, daß der fürtreffliche Herr Graf von AVAUX meine Gedanken wohl aufgenommen. Naturæ principii obnitiur, in moralibus actionibus assecutionem finis ita mediis annectere, ut, si media suppetant plura fini idonea, a mediiorum tamen uno finis suspendatur & dependeat. De Statuum Suffragii jure & diversis conveniendi modis in propatulo est, eos & ordinarios esse, & pro re nata etiam extraordinarios: exempla in Imperio suppetunt nupera. Et si ego largirer, quæ de Romani Præfulis in cogendis Conciliis potestate nonnulli præsupponunt, nulla tamen ratione concluderetur, vel in Imperio Romano Germanico, vel in alia quavis Republica idem observandum: a forma enim alterius Reipublicæ sive Ecclesiasticæ sive secularis, ad formam & statum alterius nulla omnino est illatio; nisi consilium nobis est, deliramenta loqui, & omnibus omnino in Orbe terrarum Regnis & Rebuspublicis unam formam unaque regendi leges asserere. Alius est conveniendi modus in Fœderato Belgio: alius apud Venetos: alius in Britannia: apud Suecos item & Danos, & nullibi non, diversitas est; adeo, ut quamque Rempublicam suis propriis legibus metiri & regere oporteat. In universo terrarum Orbe non existunt duæ Respublicæ, quæ iisdem prorsus legibus & constitutæ sint & regantur. Ex quo solo videre est, quanta sit consequentiarum imbecillitas, seu potius nullitas, quando ab una Republica ad alteram, quæ formam quidem spectant, ducuntur: sed longe pluris est in unaquaque Republica constituendi de rebus, quam convocandi potestas. In Imperio nostro seu Republica, ut constat, convocatio Statuum neque soli Cæsari neque Moguntino competit, sed & ordinariis Circulorum Directoribus; Electores etiam suo arbitrato convenire possunt & de Republica consulere: sed pro re nata alii extraordinarii conveniendi modi recepti sunt, prout exemplis prope innumeris ostendi potest. Præter ceteros vero congruit Conventus Francofurtensis, quem Evangelici & Catholici Proceres Anno 1631. condixerunt, qui & hinc Comitibus erit aptissimus. Comitibus quidem universalibus, in quibus præcipua vertuntur jura Imperii, ubi leges universales ponuntur, quæ omnes Imperii cives obstringunt, a solo Cæsare indicuntur: sed constituendi potestas huic convocacioni nequaquam annexa est. Nisi enim Proceres cum Cæsare consenserint, nihil omnino vel in universalibus Comitibus constitui potest, ut accidit Anno 1613. in Comitibus a MATTHIA Cæsare indictis: imo controversiæ, quæ jam Imperium exagitant, in nullis Comitibus usque dum definiri potuerunt. Ergo eos adesse oportet, quibus jus competit transigendi. Numne vero ultro conveniant, an ad sint convocati, ad rem nihil confert; sed mutuo omnium partium consensu, de iis controversiis transigi oportet, quod nullibi locorum, quam jam Monasterii & Osnabrugæ, poterit fieri commodius. Treviro Electori ego libertatem & statum integrum optaverim, modo, dum uni consulitur, multa millia interea temporis non evertantur; quando redieris, mi amice, ea de re plura &c. Osnabrugæ d. 4. Dec. 1644.

1644.  
Dec.

V. In superioribus meis literis judicium feci, actu essentia de maximis quibusque Imperii rebus Jus Suffragii Statibus competere, ubi locorum degant, sive domi sive foris: neque hujus potestatis exercitium convocacioni sive Cæsaris sive Moguntini tantopere alligari, ut non liceat Proceribus vel extraordinariis modis convenire. Exemplum inter cætera incidit Conventus, quem Catholici & Evangelici Proceres Francofurti ad Mœnum Anno 1631. condixerunt de Gravaminibus transacturi. Neque hic Proceres vel a Cæsare vel Moguntino erant conscripti, sed Saxo Evangelicis significavit diem, qui eo nomine cum Moguntino pepigerat, obtestatus, ne stato tempore convenire recusarent. Catholicos, quod ego quidem sciam, Moguntinus congregaverat: adfuerunt Status utriusque Religionis trans-

Et 2

igere

1644.  
Dec.

igere de diffidiis seu Gravaminibus exorsi: sed simul ac statim innotuit, ingenti illo ad Lipsiam prælio Tillium esse profligatum, abrupta actione, Catholici discesserunt. Quid impediatur, quo minus idem jam agendi modus adhibeatur, qui Francofurti placuit? In quibus secum dissident Evangelici Procères, utriusque partis consensu transigere oportet; in quibus vero consentiunt, longe facilius statuatur, quod communis eorum salus exposcit. Eo igitur tandem rem recidere patet, ad ordinarios illos Comitiorum modos a Cæsare vel Moguntino indici solitos, Statuum Jura & Suffragii facultatem nequaquam astringi: sed in consensu Cæsaris & Procerum rerum summam consistere, quoquo modo sive Cæsar sive Ordines consensum præbuerint. Utinam Procères Monasterium aut Osnabrugam propediem accurrerent, tum propitio Numine de modo sive consultandi sive transigendi, non difficili opere convenire liceret! Atat summi Christianorum Principes hic jam condixerunt Comitia de publicæ Pacis legibus transacturi &c. Osnabrugæ d. 11. Dec. 1644.

1644.  
Dec.

VI. Desselben Schreiben vom 6. und 10. dieses samt der eingeschlossenen Proposition sind mir recht zukommen, bedanke mich höchlich der vertrauten communication mit freundslichem Erbieten. Die übergeschickte Propositiones will ich sofort abschreiben lassen, und meines geliebten Bruders exemplar, bis zu seiner erwünschten Wiederkunft, wohlverwahrlich allerviren, oder auch auf Begehren wiederum zurück senden. Daß dem erwehnten Fürschlag nach, die Reichs-Stände auf künftigen Reichs-Tag besieben und genehm halten sollen, was in ihrer absenz zu Münster oder allhie geschlossen werden möchte, daran dürfte wol nicht sonders zu zweifeln seyn. Man muß aber reiflich erwegen, ob auch ein solcher modus procedendi einen gedeylichen effect nach sich tragen möchte. Die jetsu in Gott ruhende vorige Kayserliche Majestät und Chur-Sachsen führten einen gleichmäßigen proceß bey der Pragerischen Handlung Anno 1635. Wie aber der Stände Ratification herbey gebracht, und was seitdem erfolget, solches weist der betrubte Augenschein. In tanti momenti negotiis tutius est, & iustius, præcedere eorum consensum, quorum interest, quam sequi: & satius est, intacta cujusque jura servari, quam post vulneratam causam remedium quarere. Non displicuisse commenta mea Illustrissimo & Excellentissimo Domino Legato Comiti AVAUVIO, magnopere lætor: Ajax ille Homericus non magni pendebar, si quis ipsum virtutis experts laudibus tolleret: sed Telamoni parenti laudatissimo viro, qui una cum Hercule & Argonautis Aureum Vellus abstulerat, actiones suas probari, id vero in prosperis numerabat. Ego igitur & mihi gratulor, me apud Comitem AVAUVIUM, quem tot ornamenta in Orbe Christiano sublimem ferunt, non esse in nullo numero. Vale amicorum decus &c. Osnabrugæ d. 11. Dec. 1644.

## N. II.

N. II.  
Päpstliche  
Species in  
der Chur-  
Frierischen  
Liberations-  
Eache.

Archiepiscopus Elector Trevirensis, Episcopus Spirensis, Princeps Imperii, in libertate positus, & ab ipso Cardinale *Infante* taliter sub propriis literis, manu & sigillo munitis, & ab Agente Cæsaris Bruxellis, HUBERTO DHAM animam suam conjurante, & id ipsum Principe LUDOVICO GONZAGA attestante, asscuratus, quod sub liberrimo conductu, tanquam Archiepiscopus Elector ad Conventum Electorum, pro electione Regis Romanorum, celebrandum evocaretur, prout sub prædicta & generali fide & pace publica in Constitutionibus Imperii & Bulla Aurea fundatis, liberrimus Thonawertam usque processit.

2. Thonawerta in Monasterio sanctæ Crucis prius levato, Archiepiscopus Elector Trevirensis fide Archiducali & Imperiali liber existens, & na-  
ves

1644.  
Dec.

ves ad discessum Ratisbonam versus sibi præparans, ipsa media nocte omnium Sanctorum, ex improvise, nulla prorsus causa probata, nec vel semel indicata, vel ullo mandato Cæsaris (licet petito) exhibito, in ipso monasterio Sanctæ Crucis capitur Episcopus Elector Trevirensis & Episcopus Spirensis antea liberrimus, uti supra proclamatum, a Domino LUDOVICO GONZAGA, extra bellum in libero Conductu Imperii, Archiepiscopo protestante, & autores hujus tam mali consilii & insani attentati, ipso jure per se esse excommunicatos, & in specie illos omnes sub sua Archiepiscopali excommunicatione jam publicata esse comprehensos, in præsentia testium, tanquam Legatus de latere natus, declarante, nec Cæsari nec ulli Laicali potestati, nisi per vim omni jure prohibitum, tanquam liberum & innocentem (sicuti quilibet donec contrarium probetur, censetur) sese captivum dare voluit aut potuit.

1644.  
Dec.

3. Prout statim Cancellarius Illustrissimi Domini BAGLIONI, Nuncii Apostolici Vienenfis, eodem die omnium Sanctorum occurrit, & nomine Pontificis & Cæsaris captivitatem omnem sustulit, & saltem obedientiam quandam esse, data fide figuravit, & quod intra 5. dies, Nuncius ipse Archiepiscopum Lintzio Ratisbonam, sit reducturus affirmavit, audientibus & attestantibus omnibus tunc Aulicis Trevirensibus.

4. Sublata ergo verbis & promissis captivitate prædicta, speciosa in effectu apparuit captura & proscriptione, sine ulla justa causa probata, in perpetuum exilium.

5. Quæ sententia exilii cum non ederetur, nec vel semel fateretur Archiepiscopus Elector Trevirensis, Episcopus Spirensis, Deo suam innocentiam recommendavit, & dum prope portas Ratisbonenses duceretur, & orationes ad Deum profunderet, & in Thonastauß saltem una hora infra Ratisbonam pernoctaret, & sententia exilii jam completa esset, incepit Cæsar FERDINANDUS II. eadem nocte male valere.

6. Lintzii sæpius mutata & revocata sententia captivitatis & exilii, imo Cæsare pro Daniele innocente laborante & suos Commissarios deputante, propter minas tamen adversariorum nihil efficere potuit, & tribus mensibus postmodum pie obiit, & ita per mortem ejus cessavit (Deo dirimente) omnis Actio (si quæ adhuc superfuisset, quæ tamen propter displicentiam Cæsaris non fuit intentata) captivitatis, exilii, & privationis cujuscunque. Filius FERDINANDUS III. eligitive, a præsentibus Electoribus, non citato, non admisso, imo ad omnem exculpationem sese offerente & sese ante portas electionis præsentante, excluditur, imo in effectu non auditus aut convictus condemnatur Archiepiscopus Elector Trevirensis, nulla causa producta aut probata; sed loco ejus Capitulum Trevirense sese præsentat, quod in simili excluditur, & tamen contra Bullam Auream non completo numero fratrum, & sine prævia electione alterius Archiepiscopi Electoris Trevirensis, necessaria protestatione per Legatum non attentata, sed Legato Archiepiscopi extra urbem ejecto, & contempto voto Trevirensi proceditur ad electionem, reservato voto viventis Archiepiscopi aut successoris ejusdem. Cæsar ita electus sese eximit ab omnibus actibus præteritis, & in toto se abdicat, & omnem potestatem & jurisdictionem Apostolicam agnoscit, & nomine Imperatorio hoc est proprio & totius Imperii, quibus & ipsi Electores subiecti sunt, consignat Archiepiscopum & Electorem Trevirenses (verba formalia) indivisibiliter, imo Electorem custodiendum & judicandum tradit soli Pontifici, tanquam Judici & judicio competenti, & ita immaculatum sese & electionem factam conservat.

Et 3

Et



1644.  
Dec.

Et paulo post Cæsarea Majestas amicabilem tractatum instituit, in quo expresse reputatio & honor inter partes Suae Majestatis & Archiepiscopalis Electoris reservatur & accordatur: Quod accommodamentum Consilium Aulicum Imperii, nomine Suae Majestatis & totius Imperii, imo punctum reputationis & honoris, per modum accommodationis solemniter ratificat. In quo tractatu & alias sæpius a Cæsaris Majestate votum Archiepiscopale Trevirense pro electione complendi petitum, quod etiam ab Archiepiscopo Electore accordatur.

1644.  
Dec.

Quibus ita finitis, nunc demum omnia principia negantur, Judex, judicium & consignatio Apostolica in toto tollitur, votum unquam petitum negatur, privationem Regiminis non saltem Electoralis, territorialis & plane Ecclesiastici cum Banno Officialis & totius Cleri Trevirensis, captivitatem quoque justam fuisse & esse defenditur, imo nova per Decretum attentatur: non attento, quod Nuncius Apostolicus & Archiepiscopus Elector Trevirensis fidem sub manu & sigillo Suae Majestatis, implorent, excommunicationes insinuent & protestentur; & cum authenticis Instrumentis & Tractatibus prædicta omnia vera esse probent. Sed adhuc sub majori specioso prætextu omnem satisfactionem & restitutionem Cæsaream promittunt, dummodo saltem Archiepiscopus Elector ad voraginem mendaciorum & calumniarum ab impiis & sacrilegis productam (extrajudicialiter tamen) respondeat.

In quod Archiepiscopus post Brevia & Mandata Pontificis liberationis, restitutionis & admissionis ad Ecclesias suas emanata quidem consentit, sed non aliter, nisi Sua Majestas prius judicem & consignationem Suae & Imperii nomine recognitum, stipulatum & acceptatum recognoscat, & tractatum a Consilio Aulico ratificatum in suo vigore relinquat, paratus est. Interea Archiepiscopus Elector Trevirensis Episcopus Spirensis fundat innocentiam suam ex jure naturæ, humano & divino, ex manutentione honoris, dignitatis, possessionis & jurium suorum quorumcunque, & finaliter ex sententia, & judicio agnitæ & acceptatæ liberationis, restitutionis & dimissionis ad Ecclesias suas, quia NIHIL deductum aut inventum, minus contra eum spatio biennii & longioris temporis probatum.

Nam cum post multas Instantias Judicis & partis, nemo tempore legali, comparuerit, Judex ex officio processit. Nam Archiepiscopus statim ab initio divisit personas, facta & locum excommunicatorum, invalorum & sacrilegorum, METTERNICHIORUM & HAUSMANORUM in proprium eorum Archiepiscopum, sine mandato Pontificis, Nuncii, Cardinalis *Infantis*, aut Cæsaris, in proprio suo pallatio, ubi nullum Gallicum præsidium unquam fuit, & in ipsam Civitatem Trevirensis contra Gallos.

Et propterea ista irruptio in personam Archiepiscopalem & pallatium suum, fuit contra Sanctiones, Auream Bullam, Pacem publicam.

Nec Cæsar demortuus, aut Regens, aut Electores unquam confessi sunt ullam privationem Regiminis, maxime Ecclesiastici, ut nunc factum est, minus sacrilegium Ecclesiæ approbarunt, alioquin extunc ipso jure excommunicati fuissent.

Judex, Judicium & consignatio ad Pontificem nimis clara sunt verbo, manu, sigillo Cæsaris munita.

Reputatio & honor semel a Cæsare & Archiepiscopo accordatus amplius revocari non possunt. Maxime cum a Consilio Aulico omnia fuerint ratificata,

1644.  
Dec.

ficata, crimina vero post hoc promissum & post accordamentum nunc primum objecta, post sententiam non subsistunt, & satis & saepius justificata, & si tempora, status temporis, intentio, exempla totius Germaniæ considerentur, falsa, mutilata, falsificata & ab excommunicatis producta, votum Electorale fuisse petium ex propria confessione, scriptura & Instrumentis, & Formula tradita & acceptata, probatum est.

1644.  
Dec.

Et viderint, qui petierunt & nunc demum rejiciunt. Et dum METTERNICHOS & HAUSMANNOS excommunicatos sacrilegos defendemus, immunitatem Ecclesiasticam in Romano Imperio tollemus, Ecclesiasticos Electores, contra possessionem & præjudicium Imperii, Laicali potestati subjecimus, & votum Archiepiscopale Electorale Trevirense apertissime petium, ut saltem & ipse Elector pereat, de novo rejiciemus: ira Dei visibilis non cessat, bellum crescit, & nulla Pax amplius nisi in armis residua.

Finis quidem est, ut dum non auditus Archiepiscopus Elector Trevirensis condemnatur, Hispani jure belli retineant Civitatem & Archiepiscopatum Trevirensis; sed hoc non Deus nec Imperium, nisi per mutationem universalem, permittet. Electores non sunt iudices sed partes, & quia Judex absolvit, restituit & dimittit Archiepiscopum Electorem Trevirensis, & Archiepiscopi Electores contradicunt Conciliis Occumenicis, incidunt in penas Canonum.

## §. LXII.

Die Schweden verlangen einen Paß vor die Stadt Stralsund.

Frage: ob Salvi Conductus pro Statibus Mediatibus zu ertheilen seyn?

Die Schweden bejahen solches aus verschiedenen Gründen.

Gründe der Negativz.

Die Schweden zu Ösnabrück, verlangen von den Kayserlichen einen Paß vor die Stadt Stralsund, damit diese ihre Nothdurfft bey dem Friedens-Congress beobachten könnte: Weil nun selbige eine Mediat-Stadt war; so entstand die Frage, ob auch die Salvi Conductus pro Statibus Mediatibus auszufertigen, und ob die Mediat-Stände bey dem Congress zu admittiren wären? Die fundamenta der Schweden, welche solche Frage bejaheten, bestunden darinnen: 1) stünde in dem Kayserlichen general-Paß, pro omnibus Pæderatis & Adherentibus, dahero unter solcher general-Benennung die Mediat, welche Adherentes Coronæ wären, ebenfalls müsten verstanden werden; 2) das Wort Adherentes, sey nicht von den Statibus Imperii allein zu verstehen, sondern auf quoscunque etiam Privatos zu extendiren. 3) Stünde in dem Kayserlichen general-Paß, pro federatis Statibus & Adherentibus, ohne beysag des Wortes: Imperii; und werde das Adjectivum; federatis, allein dem Wörtelein: Statibus, beygefügt: Hingegen das Wort: Adherentibus, durch die particulam: Et als eine res distincta davon separiret und abgetrennet.

Die Gründe der Kayserlichen Gesand-

ten hingegen, welche die Frage gänzlich verneineten, kamen darauf an:

1) Wäre die Hamburgische Convention, ex natura omnium Transactionum stricti Juris, und ultra cogitata nicht zu extendiren; Nun sey aber gewiß, wann Ihre Kayserliche Majestät damahln, um solche Paß-Verstattung pro Mediatibus wäre angelanget worden, daß sie solches nimmermehr würden nachgegeben haben, weniger dasselbe, absoluto jure thun können, cum hoc in præjudicium tendat Immediatorum Statuum, quibus Imperator Jus suum tollere aut imminuere, nec possit, nec velit; 2) Wäre bey Abhandlung der Preliminarien, zwischen den beyden Theilen, nemlich Schweden und Frankreich einer, dann dem Kayser, andererseits, der ganze Streit einig und allein super admissione Statuum Immediatorum Imperii, sive cum Casare reconciliati fuerint, sive non reconciliati, gewesen, ohne, daß die allergeringste Meldung von den Mediatibus jemahl gethan worden: Ergo præsumendum non esse, plus fuisse concessum, quam in disputatione controversum. 3) Die Worte der Convention wären klar und deutlich, und rede selbige diserte nur allein de Statibus Imperii:

abseiten der Kayserlichen Gesandten.